

50 primum temerario, deinde gloriose, postremo Praedicatore. Proinde siquid habeas compertum, curabis enotandum, vt minister, qui te, si possit, salutabit, hue redditurus secum adferat. Cui sane viaticum dedi quantum mihi visum est fore satis ; tamen si quid forte defuerit, non grauabitur humanitas tua reuerenda illi suppeditare. Iam tot  
 55 escis capto Regem, tot reuérendissimum Regis Achatem, et tamen hic funiculus nihil attrahit. Si nunc non procedit, posthac ne(c) hamum periclitabor nec escam. Haec mihi, vt dixi, fabula [mihi] peragenda est. Ea peracta animus est ab hoc sceleratissimo seculo secedere. Ad summum venere principum technae, Romanae Curiae  
 60 impudentiae ; atque is videtur breui futurus populi status, vt tolerabilius sit Turcarum ferre tyrrnidem. Ad vos igitur totus confugiam, velut extra orbem et fortassis minime inquinatam orbis Christiani partem. Quod si non contingat, equiori certe animo immoriar operi non impio, nisi plane fallor.

## 785. To THOMAS MORE.

Deventer MS. 91, f. 32 v<sup>o</sup>.

LB. App. 265.

Louvain.

5 March 1518.

ERASMVS MORO SVO S. D.

In primis te rogo vt huic meo Ioanni committas epistolas vel meas vel tuas, si quas iudicabis eiusmodi vt commutatis locis aliquot edi possint ; nam id omnino velim nolim facere compellor. Expedi iuuenem vt quam celer(r)ime huc recurrat. Si senseris Vrsewicum 5 alieno in nos esse animo, non est fortasse vexandus. Sin minus, adiuua de equo ; quo nunc maxime fuerit opus aut Basileam adituro aut Venetias, idque potissimum ob Nouum Testamentum edendum. Hec sunt, mi More, mea fata. Agam et hanc fabulae meae partem. Postea propemodum est animus mihi canere et Musis ; quod ipsa  
 10 propemodum etas ac valetudo indies ἐπὶ τὰ Μανδραβούλου προχωροῦσα flagitat. Tanta hic est tyrannis personatorum nebulonum. Neque quisquam hic rem facit praeter caupones, aduocatos et questores. Quis ferat vbi maledicunt multi, benefaciunt nulli ?

Excusat se Basilienses de tua Vtopia dilata ob elegantem prefatio-  
 15 nem quam addidit Budeus. Eam iam receperunt et opus aggressi

Islam ; and dedicated it to Sixtus iv. Later he published *Commentarii Anti-quitatum*, Rome, E. Silber, 3 Aug. 1498, dedicated to Ferdinand and Isabella, and containing the *Breviarium* of the pseudo-Philo (Ep. 324. 14 n.), to which Erasmus refers in his notes on Luke 3 ; cf. Epp. 797, 886. In 1499 he was appointed Master of the Papal palace.

See Quétif and Echard ii. 4-7 and Chevalier.

784. 62. extra orbem] Perhaps cf. Verg. E. 1. 67.

785. 1. epistolas] Cf. Ep. 783. 28 n.

10. ἐπὶ τὰ Μανδραβούλου] 'in peius' : *Adag.* 158, citing Lucian, *De merc. cond.* 21.

14. prefationem] Cf. Ep. 664. 27 n.

sunt. Lachnerus tum Frobennii sacer diem obiit. At nihilo secius Frobennia<sup>(na)</sup> officina nostris studiis sudabit. Lynachri Therapeuticen nondum videre contigit, nescio qua Parisiorum aduersus nos conspiratione. Age cum Lupseto ciuiliter de appendice Copiae meae et mitte.

20

Pontifex et principes aliquot nouas agunt comoedias praetexentes bellum in Turcas horribile. O miseros Turcas ! Ne nimium seuiamus Christiani ! Illud etiam ad vxores pertinet. Cogentur arma sumere mariti omnes, minores quinquaginta annis, maiores viginti sex. At interim prohibet Pontifex ne vxores absentium in bello domi <sup>25</sup> voluptuentur, sed abstineant a cultus elegantia, ne vtantur sericis, auro aut gemmis vllis, fucum nullum attingant, vinum ne bibant, ieunent diebus alternis ; quo magis Deus faueat maritis in bello tam cruento versantibus. Quod si qui erunt qui domi negotiis necessariis alligantur, nihilo minus vxores seruent eadem que ser- <sup>30</sup> uanda fuerant maritis in bellum profectis. Dormiant in eodem cubiculo, sed lectis diuise ; nec osculum interim detur, donec bellum hoc terribile fauente Christo feliciter confectum fuerit. Scio hec molesta fore multis vxoribus non satis perpendentibus negotiis magnitudinem ; quanquam vxorem tuam pro sua prudentia proque pietate <sup>35</sup> in rem religionis Christiane scio libenter etiam obtemperaturam.

Mitto libellum Pacei, Conclusiones de veniis Pontificum, et Consilium de bello in Turcas suscipiendo, quod hec suspicarer istuc nondum esse delata. Scribunt ad me ex Colonia typis iam excusum nescio quid libelli de Iulio disputante cum Petro ad hostium paradisi ; <sup>40</sup> nomen autoris non ascribunt. Non desinent insanire Germanorum officinae, donec lex aliqua temeritatem illorum coercent ; magno etiam nostro malo qui damus operam vt prosimus orbi. Non queo satis admirari nec Franciscum nec Petrum coelitem quicquam litterarum hue attulisse.

45

Oro vt sinas meum puerum vnam aut alteram noctem cum tuis

17. Frobēnia MS.

21. LB : cōmoedias MS.

30. LB : seruant MS.

37. Consilium scripti : consilio MS.

17. Therapeuticen] Galen's *Methodus medendi*, which Linacre had translated. Like his previous work (cf. Ep. 502. 15 n.) it was printed in Paris, G. Hittorp, June 1519, under the supervision of Lupset. See BE<sup>4</sup>. 20, 36 ; and cf. Ep. 854 introd. Erasmus was perhaps under the impression that the book was already published ; cf. Epp. 764. 9, 829. 25.

19. appendice] Cf. Ep. 690. 6 n.

37. Pacei] Cf. Epp. 211. 43 n., 732. 53 n. and 776.

Conclusiones] Luther's Theses, which were posted 31 Oct. 1517, and printed at Wittenberg shortly afterwards. Scheurl was sending them to friends in Nov. 1517 and Jan. 1518 (SE. 153-6) ; and in SE. 160 they are styled Luther's 'Conclusiones de indulgentiis'. Cf. also SE. 150, 157, 158.

Consilium] The proposals for a Crusade drawn up at Rome 16 Nov. 1517 ; see Raynaldus, *Annal. Eccl.* xii. 169-73, and Pastor vii. 223 seq.

40. Iulio] See Ep. 502 introd.

dormire, ne in infectam domum incidat; et si quid forte opus sit, commodes, etiamsi ipse viaticum suppeditau. Cura in primis vt venia sit educendi tres equos, quanquam fortasse nec vnum continget.

50 Lege Budaicam et ad illum meam epistolam. Vidi tandem Vtopiam Parisiis excusam, sed mendose. Ea iam Basileae sub prelo est; nam denunciaram inimicicias, ni diligentiores essent in eo negocio quam in meis. Bene vale, amicorum syncrissime.

Louanii. 3. nonas Mart. An. M.D.XVIII.

### 786. TO JOHN COLET.

Deventer MS. 91, f. 35.

LB. App. 305.

(Louvain.)

(c. 5 March 1518.)

AD COLETVM.

S. P., praeceptor optime. Et miror et doleo Coclitem huc sine tuis venisse litteris. Is tuo nomine mecum expostulat quod nihil scribam. Imo iam, opinor, excusaui me tibi quod et rarius et breuius scribam, et tuo ocio gratulatus sum, qui crebras ac longas literas nostras flagites. Crede mihi, Colete, tot epistolis hic interpellor episcoporum, magnatum, eruditorum, amicorum, ex Italia, Hispania, Germania, Gallia, vt, si nihil alioqui mihi sit negotii, non sim tamen huic vni negocio suffecturus. Redamare possum omneis, respondere singulis non possum.

10 De Grocini morbo ex animo doleo, qualis qualis in me fuit. O rem indignam! (Optarim) eiusmodi ingenia neque senium neque mortem sentire; sed haec incommoda magis sentiunt immortalitate digni. Cogor ob Nouum Testamentum excudendum aliaque nonnulla aut Basileam adire aut, quod magis opinor futurum, Venetias. Nam a 15 Basilea partim deterret pestis, partim Lachnerii mors, cuius impendiis res potissimum agebatur. Tantum iter, inquietus, suscipis, senex valetudinarius? tum hoc saeculo quo non aliud fuit sceleratus intra sexcentos annos, tanta praedonum vbique licentia? Sed quid facias? His fatis sum natus. Si immoriar, immoriar operi non omnino malo, 20 ni fallor. Sin hoc extremo fabulae actu ex sententia confecto redire contigerit, quod reliquum erit vitae apud vos agere statui. Is erit meus ab orbe vndique inquinato secessus. Regnant in omnibus principum aulis personati theologi. Curia Romana plane perfricuit

786. 11. Optarim add. LB, ex Epp. 781. 19, 784. 44.  
23. LB : Roma. MS.

14. LB : Venetiis MS.

785. 49. equos] By an Act of 1495, 11 Henry VII, restrictions had been placed on the export of horses; see *Statutes of the Realm*, ii (1816), pp. 578, 9.

50. Budaicam] Ep. 744, answered by Ep. 778.

51. Parisiis] See Ep. 664. 27 n.

786. 1. Coclitem] Meghen.